



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetii, 1562**

Paenitentiam agere debemus p[ro]pter quinque.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

Mater lac dulcedinis subditis propinando. Tertio, si in præcipiendo sensum suum uoluntati dei, & consolationibus fratrum anteponit.

**Mat. 15** Contra tales dicit Dominus. Irritum fecisti mandatum dei propter traditiones uestras. Quarto, si in præcipiendo propriam utilitatē querunt & non fratrum suorum sicut dicebat Paulus. Omnes quæ sunt querunt, & non quæ Iesu Christi.

Pænitentiam agere debemus propter quinque.

**P**RIMO, quia & à sacra scriptura & ab omnibus sanctis ad hoc hortamur. Vnde prædicatio Christi, & beati Ioannis Baptista à pænitentia incipit. Secundo, qui nisi pænitentiam agamus, omnes perclitamur. Psal. Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, &c.

**Psal. 7.** Tertio quia per pænitentiam ab omnibus peccatis mundamur. Ezech.

Si vir impius egerit pænitentiam ab omnibus peccatis suis, & cetera quæ sequuntur. Vnde D. Chrysostomus

**Eze. 18:** Chriſo. Pænitentia cor emundat, & sensus illuminat, animam sanctificat, & ad susceptionem Christi præparat.

Quar.

INSTITVTO. 193

Quarto, quia angelos letificat. Luc. 15  
15. Gaudium est angelis dei super uno  
peccatore pænitentiam agente, &c.  
Quinto, quia per pænitentiam de pe-  
nis inferni liberamur. Vnde Bernar-  
dus. Credat mihi crucis amator, iam  
non ledetur à morte secunda si in hac  
uita usus fuerit tali medicina, sicut  
pænitentiae.

*Quærendus est Dominus tribus  
modis.*

Primo, cum intentionis simpli-  
citate. Sa. 1. In simplicitate que-  
rite illum. Secundo, cum festi-  
natione, antequam transeat tempus,  
in quo potest inueniri. Ideo dicebat  
Isaias. Quærite dominum dum in-  
ueniri potest, &c. Tertio cum perse-  
uerantia sine ceflatione. Psal. Quæ-  
rite faciem eius séper. Vnde Bern. Ni-  
hil aliud expectat, nihil querit deus,  
nisi ut sedulè, & cum desiderio queratur.

*Quidam non audiunt Dominum  
clamatem propter quatuor.*

A Vt, quia longe sunt per de-  
sperationem. Ideo in Canti-  
cis Canticorum monetur ad Cant. 6  
R.